



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quot genera sint oblationis pro defunctis facienda. lxx.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D.BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

*Quot genera sunt oblationis pro defunctis facienda?*

*Caput LXX.*

*Ex dictis  
August.*

**Q**VATUOR genera sunt oblationis. Pro valde bonis, genitiarum actiones sunt: hoc est, Deo gratias agunt: qui bene vixerunt. Pro non valde bonis, ut plena remissio fiat. Pro non valde malis propitiations sunt, ut tolerabilior fiat damnatio. Pro valde malis, non adiumenta mortuorum, sed tantum consolationes viuorum sunt.

*Cur sanctorū animæ pro inimicis suis non orent, quando eos in igne æterno ardere prospexerint. Cap. LXXI.*

*Ex eode.  
Petr. int.  
Gre. re.*

**E**T ubi est quod sancti sunt, si pro inimicis suis quos tunc ardere viderint, non orabunt? Quibus utique dictum est: pro inimicis vestris orate. Orant pro inimicis suis eò tempore quo possunt ad fructuosam pœnitentiam eorum corda conuertere, atque ipsa conuersione saluare. Quid enim aliud pro inimicis suis orandum est, nisi hoc quod ait Apostolus: ut det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem? Et quomodo pro illis tunc orabitur, qui iam nullatenus possunt ad iustitiae opera ab iniuitate commutari? Eadem itaque causa est cur non oretur tunc pro hominibus a eterno igne damnatis, quæ nūc etiam causa est, ut non oretur pro diabolo, angelisque eius aeterno supplicio deputatis. Quæ nūc etiam causa est ut non orent sancti homines, pro hominibus in fidelibus impensisque defunctis: nisi quia de eis quos utique deputatos a eterno supplicio iam nouerint, ante illum iudicis iusti conspectu orationis lux meritum cassari refugunt? Quod si nūc quoque nūctes iusti, mortuis & damnatis iniustis minimè cōpatiuntur, quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne sese perpeti etiā ipsi nouerint: quanto distictius tunc iniquorum tormenta respiciunt, quādo ab omni vita corruptione exuti, ipsi iam iustitiae vicinius atque arctius inhārebunt? Sic quippe eorum mētes, per hoc quod iustissimo iudici inhāret, ius distinctionis absorbet, ut omnino eis non libeat, quicquid ab illius aeternæ regulæ subtilitate discordat.

*Quod duobus modis vita dicatur, duobus etiam mors intelligatur. Cap. LXXII.*

*Ex eode.  
Pet. int.*

**N**ON est iam quod responderi debeat apertæ rationi: sed hæc nunc quæstio mentē mouet, quomodo anima im-